



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Difficultatibus itineris premitur. 50

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

contendit. 50 Vfus enim venerat, vt sub illū fortè annum, qui ad fequimillesimum tertius & vigesimus numerabatur, Italiam pestilentia passim laceraret, sineque omnes arctis custodijs seruarentur. Quibus proinde rebus fiebat, ne qua oppidis receptus, curare corpus aliquando, aut stipem rogare posset: sed ibi demum famelicus, ac fatigatus cubile caperet, vbi deficientem nox oppressisset.

51 Tenuit ægrè tandē propositum; Romamque perlatus, piè ad summa vrbis templa supplicare, & sacra deuenerari religiosè studuit. Post etiam impertitis ab Adriano VI. precibus, cū dies non plus quindecim in vrbe remansisset, maturauit proficisci. Etsi verò fuere multi, quibus consultum non videbatur, vt id temporis homo omnium rerum iuxta ac virium egens, cum fortuna tam

mali-